

CLARISSIMI JC<sup>ti</sup>.  
PETRI G U D E L I N I  
ANTECESSORIS ACADEMIÆ LOVANIENSIS  
COMMENTARIORUM  
D E  
JU. NOVISSIMO  
LIBRI SEX.

CLARISSIMI JCS.  
PETRI GUDELINI  
Antecessoris Academiae Lovaniensis  
COMMENTARIORUM  
DE  
JURE NOVISSIMO  
LIBRI SEX,

Optima methodo accuratè ac eruditè  
conscripti, additis harum vicinarumque regionum moribus.  
*Opus ut diu avidè que expetitur, ita scholis foroque utilissimum,  
cum Indicibus.*

Accessit Clarissimi viri MAXIMILIANI WITTEBORT, J. B. D. in Aus-  
thoribitum oratio funebris, habita in exequiis 22. Octob. 1709.

UNA CUM  
COMMENTARIO DE JURE PACIS  
EDITIO NOVISSIMA



*Donat*

FRANCOFURTI  
Apud JOHANNEM PETRUM ZUBRODT.

*del. illos*

ANNO M, DC. LXVIII.



*Nobilissimis & Amplissimis*

PRÆTORI, CONSULIBUS, ET  
SENATUI POPULOQUE  
LOVANIENSI,

Parentis sui *de Jure Novissimo Commentarios*  
dedicant consecrantque


PHILIPPUS, & PETRUS-PAULUS  
GUDELINI, J. U. LL.



**C**ARRISSIMI Parentis nostri *de Jure Novissimo Commentarii*, annis ab hinc amplius viginti in hac celeberrima Academia maximo auditorum numero publicè prælecti, tandem aliquando typis excusi prodeunt orbis in Theatrum, NOBILISSIMI & AMPLISSIMI SENATORES: sed non vivo auctore suo: ut id faceret induci non potuit vir modestus & gloriam fugiens. Tamen non modo Belgis, sed Exteris quoque nullum hortandi, atque etiam urgendi finem facientibus, ad extremum victus ejus animus illam omnium diuturni expectationem ut expleret, assensum præbuit. Verum (ut sunt humani casus) positus vix hujus operis primordiis, morbo corripitur, & (heu! cito nimis) abripitur. Nova igitur mora,

Nos, ne tanta publicationis istius expectatio studiosorum hominum animos diutius torqueret, huic operi tam feliciter cæpto, manus nostras sedulo admovendas existimavimus, eaque cura ac studio incubuimus, ut ille Juris Novissimi Thesaurus publicam lucem tandem conspecturus sit.

Cùm autem animo agitate cœpisset, cujus tutelæ vel gratiæ literarium hoc munus consecratum iremus: illud honoratissimo nomini vestro (NOBILISSIMI SENATORES) non una de causa deberi illinatio, ordinariam juris Professionem contulistis, quâ annis viginti novem perfunctus fuit, & huic Academicæ urbi (permitte nobis eloqui) non exiguam lucem attulit. Equidem vobis libenter adscribimus ortum nostrum in Brabantia, illâ, illa Brabantia, quæ circumfusarum latè provincia-



CLARISSIMI VIRI  
 PETRI GUDELINI IC.  
 ANTECESSORIS  
 ACADEMIÆ LOVANIENSIS  
 Commentariorum de Jure Novissimo  
 LIBER PRIMUS,

*In quo primum de toto hoc opere, tum de jure personarum,  
 quæ prima pars est juris privati.*


CAPUT PRIMUM.

*De voluminis Novellarum utilitate, nominis ratione & translatione.*

**U**TILISSIMUM & præstantis-  
 simum est proculdubio volumē  
 Novellarum Justiniani Impera-  
 toris Constitutionum, quod  
 vulgò sub nomine Authentici allegatur.  
 Continet namque postremas leges, atque  
 adeò emendationem plurimarum ante-  
 rioris Juris partium, & summum veluti  
 Colophonem adjicit universo Juri quod  
 profiteamur: dignum idcirco in quo præ-  
 cipuum studium ponatur.

Appellatæ sunt hæc Constitutiones Lati-  
 nè quidem Novellæ, Græcè Νεάξει, nimi-  
 rum respectu Codicis. Edidit enim Justi-  
 nianus prius Pandectas, & Institutiones;  
 deinde Codicem, eumque emendatum  
 auctumque sicut tenemus, abrogato illo  
 Codice quem ante compositionem Pan-

dectarum, Institutionumque ediderat. At  
 verò post novis controversiis quotidie  
 oborientibus, usque, suadente, triginta cir-  
 citer annis quibus supervixit, plurimas, va-  
 riasque Constitutiones edidit, quoniam e-  
 mendando Codicem protestatus fuerat se  
 nullam aliam extra corpus istius Codicis  
 Constitutionem legi velle, nisi postea va-  
 ria rerum Natura aliquid crearet novum,  
 quod Sanctione indigeret. Hoc etenim, in-  
 quit, nemini dubium est, quod si quid in poste-  
 rum melius inveniatur, & ad constitutionem ne-  
 cessariò sit redigendum, hoc à nobis & constitua-  
 tur, & in aliam congregationem referatur, qua  
 Novellarum nomine constitutionum significetur.  
 Verba sunt ipsius Justiniani in l. unica, vers.  
 nulla alia, & §. sequente, C. de emenda-  
 tione Codicis. Ac de his Novellis loquens

  
 M A X I M I L I A N I  
 W I T T E B O R T  
 J. U. D O C T O R I S,  
 I N  
 A U T H O R I S O B I T U M  
 F U N E B R I S O R A T I O,

*Habita Lovanii in exsequiis, 22. Octob. 1619.*

**L**ugere mecum tacitus Academiae nostrae jacturam, & in fontis amici, Professorisque quondam mei calum indignari, justo meo dolore constitueram; nisi mihi praesertim in hisce sacris feralibus, oratoris partes silentio suo caeteri, quod audire maluissem, reliquisse viderentur. Et fortasse non abs re prudentissimi viri linguarum alioqui disertissimarum, indicta velut sibi taciturnitate, alium animi sui contestari dolorem satis esse putaverunt ut muris quasi sacris parentarent. Imò si quid acutote conjectura consequor, forsitan eadem quae me ab initio causa remorabat, eisdem continentem perpetuamque orationem non permisit, aut maturiori iudicio rem propius considerantes, munus hoc quemadmodum intactum reliquerunt; ita praeter caeteris mihi debitum unanimes censuerunt. Si quidem officii mei arbitratus Clarissimi viri, ut Clarissimo viro Petro Gudolino facis functo vicariam lin-

guam, inter haec tristia atratae Ecclesiae pulpita, unus praecipue offerrem: cui venti prope jam triennium, ob aetatis ingravescentis imbecillitatem, vocem stylumque publica in professione accommodaram. Potuit & patria aliis silentii causam praebuisse, mihi ad dicendum stimulo fuisse, qui sub eodem caelo natus, & in eodem Hannoniae solo susceptus & educatus, gentili & pæne populari meo novissimum hoc Vocis animique obsequium sine manifesta ingratitude nota denegare nulla ratione potuissem. Quã obrem quaecumque in hoc publico Universitatis nostrae luctu allaturus sum, sic accipiatis velim, ut ab aliis longe copiosiori eleganti oriq; oratione explicari potuisse cogiteris: à me paulò ornatus, si plusculum temporis orationi construendae relictum fuisset.

Verum ne latissimus hic immensa laudis campus, inter dicendum late fuscque orationem abducatur, mellis sua praeci-

CLARISSIMI J. C.  
PETRI GUDELINI,  
ANTECESSORIS

ACADEMIÆ LOVANIENSIS;

D E

JVRE PACIS  
COMMENTARIVS.

In quo præcipuæ de hoc Jure Quæstio-  
nes distinctis capitibus eleganter pertractantur,

*Cum Summariis & Indice.*

EDITIO NOVISSIMA;



FRANCOFURTI  
Apud JOANNEM PETRUM ZUBRODT

ANNO M. DC. LXVIII.